UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXIII. Grabschrift des Vicar Jacob Brietzke in Seehausen, vom 6. Oct. 1396.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54572

Visual Library

vero — diligenti conſideracione perpenſantes ac ſtudioſa inquiſicione et examinacione prehabita, recepimus dictam veſtram fraternitatem in honorem omnipotentis Dei, totiusque curie triumphantis ac fidelium animarum ſalutem deuote inſtitutam, ejusdemque ſolennitates ritus conſuetudines et obſeruancias cum diuinorum celebracionibus ac eleemoſynarum largicionibus pias juſtas eſſe et deuotas, confratres vero laudabilis vite honeſte converſacionis et fame ideoque propter tantarum virtutum prerogativam dicta fraternitas exſtitit nutu confirmanda; Quare ex injuncto nobis officio paſtorali dictam veſtram fraternitatem cum ſuis obſeruanciis ſolennitatibus et conſuetudinibus quibuscunque, in quantum juribus parochialibus derogare non videantur, cum omnibus bonis ſuis prediis et poſſeſſionibus quibuscunque his preſentibus approbamus, ratificamus et in nomine domini confirmamus, prohibentes et precipientes mandantes omnibus et ſingulis cujuscunque ſtatus gradus et condicionis exiſtant in virtute ſancte obedientie et ſub pena excommunicationis late fulmine, quam in contrafacientes, terna tamen monicione canonica premiſſa, in nomine domini ferimus in his ſcriptis, ne dictam fraternitatem confratres ejusdem nec non bona poſſeſſiones et predia cum omnibus et ſingulis redditibus prouentibus et obuencionibus ad eandem ſpectancia per nos ut premittitur confirmatam directe vel indirecte quovismodo inquietent, moleſtent, alienent aut uſurpare preſumant, Inhibentes eciam penis ſub premiſſis, ne quis preſens noſtre confirmacionis privilegium infringere, aut auſu ſacrilego alienare attemptet, etiam in quantum divinam ulcionem ac noſtram et ſucceſſorum noſtrorum ulteriorem coercionem velit euitare. Datum Lüneborch, anno domini M°CCC°LXXXXV, in vigilia pentecoſtes, noſtri officii ſub ſigillo in fidem et teſtimonium premiſſorum preſentibus appenſum.

XXIII. Grabſchrift des Vicar Jacob Brietzke in Seehauſen, vom 6. Oct. 1396.

Anno domini MCCC°XCVI° VI die menſis Octobris Dominus Jacobus Briezeke perpetuus vicarius in Sehuſen.

Leichenſtein in der Pfarrkirche zu Seehauſen.

XXIV. Grabſchrift des Propſtes Johann Putzenik zu Seehauſen, vom 30. Mai 1400.

Anno domini MCCCC penultima die menſis Maji obiit Dominus Johannes Putzenik Prepoſitus huius eccleſie canonicus in Stendalia cuius anima requieſcat in pace.

XXV. Burchard von Berge, Vicar des Biſchofs von Verden, beſtätigt den Kaland zu Seehauſen, am 27. Mai 1403.

Borghardus de Monte, reuerendi in Chriſto patris ac domini domini Conradi Epiſcopi Verdenſis Vicarius in ſpiritualibus generalis, univerſis et ſingulis nobis in Chriſto dilectis Decano Camerario et confratribus confraternitatis Kalendarum in Seehuſen Verdenſis dioceſeos in domino ſalutem ſempiternam. Quia fraternitatem in Seehuſen alias per reuerendum in Criſto patrem